

liberetes: ipsumque articulum: quo ad ali-  
 quid clari<sup>9</sup> prosequentes: dicte hesitati  
 duximus respondendum: quod cum votum de  
 terminatum cuiuslibet habeat cadere sub  
 certo: vouens regulam non potest dici te-  
 neri ex vi voti huiusmodi ad ea consilia  
 euangelica: que in regula non ponuntur. Et  
 quidem beati Francisci conditoris regule  
 hec probat fuisse intentio: ex hoc quod quedam  
 euangelica precepta in regula posuit alijs  
 premissis. Si enim per illud verbum regula et  
 vita fratrum minorum hec est etc. intendisset  
 eos ad omnia euangelica consilia obligare: su-  
 perflue et nugatorie quedam eorum suppressis  
 ceteris in regula expressisset. Cum autem natura  
 termini restrictiui hoc habeat quod sic exclu-  
 dit ab ipso extranea: quod cum ad ipsorum perti-  
 nentia concludit: Declaramus et dicimus:  
 quod dicti fratres non solum ad tria vota nude  
 et absolute accepta ex professione sue regu-  
 le obligantur: sed etiam tenentur ad ea omnia im-  
 plenda: que sunt pertinentia ad hec tria: que  
 regula ipsa ponit. Nam si ad hec tria predi-  
 cta tantum precise et nude promittentes se ser-  
 uare regulam vivendo in obedientia: castitate  
 et sine proprio: et non est ad omnia pertinentia in regu-  
 la: que hec tria modificat: arctarentur: pro ni-  
 hilo et vane preferentur hec verba promitto ip-  
 sanc regulam observare: ex quo ex his ver-  
 bis nulla obligatio nasceretur. Nec tamen punitum  
 est: quod beatus Franciscus professores hu-  
 ius regule: quantum ad omnia pertinentia in regula  
 modificata tria vota: seu ad alia in ipsa ex-  
 pressa intendit equaliter esse obligatos: quod  
 potius aperte discreuit: quod quo ad que-  
 dam ipsorum ex vi verbi: transgressio est mor-  
 talis: et quo ad quedam alia non. Cum ad quodam  
 ipsorum apponat verbum precepti vel equipol-  
 lentis eidem: et quo ad aliqua verba alia sit  
 contextus Item quod preter ea que expressis verbo pre-  
 cepti: exhortationis seu monitionis ponuntur  
 in regula nonnulla verbo imperatiui modi  
 negative vel affirmative apposito inseruntur:  
 hactenus extitit dubitatum: an tenerentur  
 ad ista: ut ad habentia vim precepti. Et  
 quod: ut intelleximus: non minus hoc dubium:  
 sed augetur: ex eo quod felix recordationis  
 Nicolai papa quartus predecessor nos-  
 ter noscitur declarasse: quod fratres ipsi ex  
 professione sue regule sunt astricti ad ea con-

silia euangelica: que in ipsa regula prece-  
 ptorie vel inhibitorie: seu sub verbis eq-  
 pollutibus exprimuntur. Et nihilominus  
 ad eorum omnium observantiam: que ipsis in ea-  
 dem regula sub verbis obligatorijs inducuntur:  
 supplicauerunt predicti fratres ut ad  
 ipsorum precepta seruandas declarare: que ho-  
 rum ceteri debeant preceptis equipollentia  
 ac obligatoria: dignarentur. Nos itaque  
 in sinceris horum conscientijs delectamur: at  
 tendentes quod in eis: que anime salutem respiciunt:  
 ad vitandos graues remorsus conscientie pars  
 securior est tenenda: Dicimus quod licet fra-  
 tres non ad omnium: que sub verbis impe-  
 ratiui modi ponuntur in regula: sicut  
 ad preceptorum seu preceptis equipollen-  
 tium observantiam teneantur: expedit ta-  
 men ipsis fratribus ad observandam purita-  
 tem regule et rigorem: quod ad ea sicut ad eq-  
 pollutia preceptis se nouerint obligatos:  
 que hic inferius annotantur. Ut autem hec  
 que videri possunt equipollentia prece-  
 ptis ex vi verbi: vel saltem ratione mate-  
 rie de qua agitur: seu ex utroque: sub com-  
 pendio habeantur: declaramus quod illud  
 quod ponitur in regula de non habendo  
 plures tunicas quam vnaz cum caputio: et ali-  
 am sine caputio Item de non portandis  
 calciamentis: et de non equitando extra ca-  
 sum necessitatis. Item quod fratres vilibus  
 induantur. Item quod ieiunare a festo omnium  
 sanctorum usque ad natale domini et in sextis  
 ferijs teneantur. Item quod clerici faciant di-  
 uinum officium secundum ordinem Romane ec-  
 clesie. Item quod ministri et custodes pro-  
 necessitatibus infirmorum et fratribus in-  
 duendis sollicitam curam gerant. Item quod  
 si quis fratrum in infirmitatem ceciderit  
 alij fratres debent ei seruire. Item quod fra-  
 tres non predicent in episcopatu alicuius  
 episcopi: cum ab eo illis fuerit contradi-  
 ctum. Item quod nullus audeat penitus po-  
 pulo predicare: nisi a generali ministro vel  
 alijs: quibus secundum declarationem predictam  
 id competit: fuerit examinatus: approba-  
 tus et ad hec institutus. Item quod fratres  
 qui cognoscerent se non posse premissam re-  
 gulam spiritualiter observare: debeant et possint  
 ad suos ministros recurrere. Item quod omnia que  
 ponuntur in regula ad formam habitus tam non